

**Introitus**

Requiem aeternam dona eis, Domine,  
et lux perpetua luceat eis.  
Te decet hymnus, Deus, in Sion,  
et tibi reddetur votum in Jerusalem.  
Exaudi orationem meam :  
ad Te omnis caro veniet.  
Requiem aeternam dona eis, Domine,  
et lux perpetua luceat eis.

**Kyrie** eleison,  
Christe eleison.

**Dies irae**, dies illa  
solvat saeculum in favilla,  
teste David cum Sibylla.  
Quantus tremor est futurus,  
quando iudex est venturus,  
cuncta stricte discussurus !

**Tuba mirum** spargens sonum,  
per sepulchra regionum,  
coget omnes ante thronum.  
Mors stupebit et natura,  
cum resurget creatura,  
judicanti responsura.

**Liber scriptus** proferetur  
in quo totum continetur,  
unde mundus iudicetur.  
Iudex ergo cum sedebit,  
quidquid latet apparebit,  
nil inultum remanebit.

**Quid sum miser** tunc dicturus ?  
Quem patronum rogaturus,  
cum vix justus sit securus ?

**Rex tremendae** majestatis,  
qui salvandos salvas gratis,  
salva me, fons pietatis.

**Recordare**, Jesu pie,  
quod sum causa tuae viae :  
ne me perdas illa die.  
Quarens me, sedisti lassus ;  
redemisti crucem passus ;  
tantus labor non sit cassus.  
Juste Iudex ultionis,  
donum fac remissionis  
ante diem rationis.

**Ingemisco** tamquam reus ;  
culpa rubet vultus meus ;  
supplicanti parce, Deus.  
Qui Mariam absolvisti  
et latronem exaudisti,  
mihi quoque spem dedisti.  
Preces meae non sunt dignae :  
sed tu bonus fac benigne,  
ne perenni cremer igne.  
Inter oves locum praesta,  
et ab haedis me sequestra,  
statuens in parte dextra.

Donne-leur le repos éternel, Seigneur,  
et que la lumière éternelle brille sur eux.  
À toi est due la louange, ô Dieu, dans Sion,  
et que soit accompli le vœu formé dans Jérusalem.  
Exauce ma prière :  
que tout être de chair vienne à toi.  
Donne-leur le repos éternel, Seigneur,  
et que la lumière éternelle brille sur eux.

Seigneur, aie pitié,  
Christ, aie pitié.

Jour de colère, ce jour-là  
réduira le monde en cendres,  
comme l'annoncent David et la Sibylle.  
Combien grand sera l'effroi,  
quand le juge sera sur le point d'apparaître,  
qui tranchera avec rigueur !

La trompette éclatante répandant sa sonorité  
parmi les tombeaux de l'univers,  
rassemblera tous les hommes devant le trône.  
La mort et la nature s'étonneront,  
quand la créature ressuscitera,  
pour rendre compte au Juge.  
Le livre sera apporté,  
dans lequel sera consigné  
tout ce sur quoi le monde sera jugé.  
Quand le Juge aura pris place,  
tout ce qui est caché apparaîtra,  
rien ne restera impuni.  
Que dirai-je alors, malheureux que je suis ?  
Quel protecteur invoquerai-je  
quand le juste même ne sera pas sans crainte ?

Ô Roi de majesté redoutable,  
qui ne sèves les élus que par la grâce,  
sauve-moi, source d'amour.

Souviens-toi, doux Jésus,  
que je suis la cause de ta venue sur terre ;  
ne me perds pas ce jour-là.  
En me cherchant, tu t'es assis épuisé ;  
tu m'as racheté par le supplice de la croix ;  
que tant de souffrance ne soit pas inutile.  
Juste Juge de la punition,  
fais-moi don du pardon  
avant le jour du compte (à rendre).  
Je gémissais comme un coupable ;  
la faute rougit mon visage ;  
celui qui implore, épargne-le, ô Dieu.  
Toi qui as absous Marie  
et exaucé le larron,  
à moi aussi tu as donné l'espérance.  
Mes prières ne sont pas dignes,  
mais toi, bon, fais avec bienveillance,  
que je ne brûle pas au feu éternel.  
Accorde-moi une place parmi les brebis,  
et des boucs sépare-moi,  
en me plaçant à ta droite.

**Confutatis** maledictis,  
flammis acribus addictis,  
voca me cum benedictis.  
Oro supplex et acclinis,  
cor contritum quasi cinis :  
gere curam mei finis.

**Lacrimosa** dies illa  
qua resurget ex favilla  
judicandus homo reus.  
Huic ergo parce, Deus :  
Pie Jesu Domine,  
dona eis requiem ! Amen.

**Domine Jesu** Christe, Rex gloriae,  
libera animas omnium fidelium  
defunctorum de poenis inferni  
et de profundo lacu :  
libera eas de ore leonis ;  
ne absorbeat eas Tartarus,  
ne cadant in obscurum ;  
sed signifer sanctus Michael repraesentet  
eas in lucem sanctam  
quam olim Abrahae promisisti  
et semini ejus.

**Hostias** et preces, tibi  
Domine, laudis offerimus :  
tu suscipe pro animabus illis  
quarum hodie memoriam facimus.  
Fac eas, Domine,  
de morte transire ad vitam  
quam olim Abrahae promisisti  
et semini ejus.

**Sanctus**, sanctus, sanctus,  
Domine Deus Sabaoth !  
Pleni sunt caeli et terra gloria tua.  
Hosanna in excelsis.

**Benedictus** qui venit in nomine Domini !  
Hosanna in excelsis !

**Agnus Dei**, qui tollis peccata mundi,  
dona eis requiem.

**Lux aeterna** luceat eis, Domine,  
cum sanctis tuis in aeternum quia pius es.  
Requiem aeternam dona eis, Domine,  
et lux perpetua luceat eis.

**Libera me, Domine**, de morte aeterna,  
in die illa tremenda,  
quando caeli movendi sunt et terra,  
dum veneris judicare saeculum per ignem.  
Tremens factus sum ego, et timeo,  
dum discussio venerit atque ventura ira.  
Dies illa, dies irae,  
calamitatis et miseriae,  
dies magna et amara valde.  
Requiem aeternam dona eis, Domine,  
et lux perpetua luceat eis.

Après avoir confondu les maudits,  
les avoir conduits au feu éternel,  
appelle-moi avec les bénis.  
Je prie, suppliant et prosterné,  
le cœur broyé comme cendre :  
prends soin de ma fin.

Jour de larmes, celui-là,  
quand renaîtra de ses cendres  
l'homme coupable pour être jugé.  
Épargne-le donc, ô Dieu :  
Seigneur Jésus miséricordieux,  
Donne-leur le repos ! Amen.

Seigneur Jésus-Christ, Roi de gloire,  
délivre les âmes de tous les fidèles  
défunts des peines de l'enfer  
et du gouffre profond :  
délivre-les de la gueule du lion ;  
que l'abîme ne les engloutisse pas,  
qu'elles ne disparaissent pas dans les ténèbres ;  
mais que saint Michel les conduise  
vers la sainte lumière  
qu'autrefois tu as promise à Abraham  
et à sa postérité.

Ces hosties et ces prières,  
nous te les offrons, Seigneur, avec nos louanges :  
reçois-les pour ces âmes  
dont nous rappelons aujourd'hui le souvenir.  
Fais-les passer, Seigneur,  
de la mort à la vie éternelle  
qu'autrefois tu as promise à Abraham  
et à sa postérité.

Saint, saint, saint,  
le Seigneur, Dieu des armées.  
Les cieux et la terre sont remplis de ta gloire.  
Hosanna au plus haut des cieux.

Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur !  
Hosanna au plus haut des cieux !

Agneau de Dieu, qui enlèves les péchés du monde,  
donne-leur le repos.

Que la lumière éternelle luise pour eux, Seigneur,  
en compagnie de tes saints, pour l'éternité, parce que tu es bon.  
Donne-leur le repos éternel, Seigneur,  
et que la lumière éternelle brille sur eux.

Libère-moi, Seigneur, de la mort éternelle,  
en ce jour redoutable,  
quand les cieux seront ébranlés et la terre,  
lorsque tu viendras juger le monde par le feu.  
La peur me gagne et je frémis  
à l'approche du jugement et de la colère qui viennent.  
Jour de courroux que ce jour-là,  
de calamité et de misère,  
jour grand et amer, terriblement.  
Donne-leur le repos éternel, Seigneur,  
et que la lumière éternelle luise pour eux.